Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

sensibus infunde amorem cordibus. infirma nostri
corporis virtute firmans perpetim. Hostem
repellas longius pacemque doneis protinus. duc-
tore sic te previo vitemus omne noxium. Da
gaudiorum premia da gratiarum munera. dis-
solve litis vincula astringe pacis federa.
Per te sciamus da patrem noscamus atque filium
te utriusque spiritum credamus omni tempore Amen.
Gaudia nobis gaudia Ad nocturnum hymnus
anni reduxit orbita. cum spiritus paracletus
effulsit in discipulos. Ignis vibrante lu-
mine linguae figuram detulit. verbo ut essent
profluii et caritate feruidi. Linguis loqui-
tur omnium turbae pauent gentilium. musto ma-
dere deputant quos spiritus repleuerat. Pa-
trata sunt haec mysteria pasche pacto tempore. sacro
diem numero quo lege fit remissio. Te nunc
deus piissime vultu pietatis eternum. illapsa
nobis celitus largire dona spiritus. Quidquid
sacratum pectora tua repleuit gratia. dimitte
nunc peccamina et da quieta tempora. Sit
laus patri cum filio sancto simul paracleto. no-
bis qui mutat filius karisma sancti spiri-
tus. Amen. In festo corporis xpi ad vesperas hymnus